diſcedite a me maledicti in igne eternū. Semen impiorū peribit. hoc ē mala opera illorū que ſupra deſcripſi
mus que in ipſorū quaſi ſeminant. ſ; in iudicio fructuſ afferent maledictioniſ & dāpnationiſ eterne. Iuſti aut̄
hereditabunt terrā. Alternis uocib' nunc malorū deſcribit ſupplicia. Nunc bonorū pmia. ut illoſ a peccandi ſtudio
deterreat. iſtoſ prouocet ad uirtutē. Iuſti inquit hereditabunt terrā. hoc ē omni ſecuritate poſſidebunt celeſtem
hierlm̄. hec enī hereditaſ ab initio mundi ppparata ē. Dn̄o in iudicio dicente: Venite benedicti patriſ mei poſſi
dete regnū qđ uobiſ ppparatū ē ab origine mundi. Et inhabitabunt in ſclm ſcli ſup eā. hoc ē eternalit̄ illud
regnū poſſidebunt. Non aut̄ dić in ea ſ; ſup eam. Nam poſt reſurrectionē generalē cū fuerint ſcōrū corpora
tranſformata in ſpiritalē habitudinē. Non erit neceſſe ut ſicut nc̄ graui corporiſ mole pmaneant. ſ; ſpiritali
potentia ſuſpendent̄. Iuxta qđ apl̄s dicit. Noſ qui uiuim' q̄ relinquim̄ ſimul rapiem̄ cū illiſ in nubib' obuiā
xp̄o in aera & ſic ſemp cū dn̄o erimuſ. Os iuſti meditabit̄ ſapientiā. Deſcribit actuſ iuſti hominiſ p quib' ſup
dictā poterat conſequi hereditatē. Os aut̄ p cogitatione cordiſ poſuit, meditat̄ ſapientiā. id ē diuinā ſcripturā
in qua uera continet̄ ſapientia. n̄ inaneſ fabulaſ que ad nihil ualent n̄ ad ſuaſionē audientiū. Os aut̄ p corde
poſuit. & primo cogitamuſ corde qđ poſtea pferim' ore: Et lingua ei' loquet̄ iudiciū. id ē illā ſapientiā quā in corde
meditat' ē iuſt'. lingua pnuntiabit. iudiciū aut̄ dić. quo diſcernent̄ repbi a iuſtiſ iudicio. & illi ſtatuent̄
ad ſiniſtrā. Iuſti ad dexterā. Lex dei ei' in corde ipſiuſ. lex dić. id ē in eūglo a doctrina quā lingua loquit̄ ē
in corde ipſiuſ. q' uidelicet n̄ de illiſ de quib' dn̄ſ p pphetā dić. Pp̄lſ hic labiiſ me honorat cor aut̄ eorum
longe ē a me. hic eſt ille paniſ & iſte ſt̄ epule de quib' ſuperi' dixit. Non confundent̄ in tēpore malo. &
in dieb' famiſ ſaturabunt̄. Et n̄ ſupplantabunt̄ greſſuſ ei'. hoc eſt non decipient̄ actioneſ illiuſ a diabolo. t
a membriſ ei'. Conſiderat peccator iuſtū. hoc ē fraudulent̄ & callide attendit ut decipere poſſit. Cſiderauit
peccator pp̄ls iudeorū dnm̄ ſaluatorē ut eū in ſermone caperet. & queſiuit eū morti tradere. conſiderat
cottidie impietaſ malorū hominū ſcōſ & inſidiat̄. ut eoſ decipiat & ad mortē corporiſ & anime interitū
ptrahat. Dn̄ſ aut̄ n̄ derelinquet eū in manib' ei'. hoc ē non tradet in poteſtate illi'. licet enī ad temp' uideant̄
deſeri eū diuerſiſ ſuppliciiſ affligunt̄. Non tamen deſerunt̄ a deo qui eoſ ad eternā reſeruat hereditatem.
Nec dāpnabit eū. id ē iuſtū cū iudicabit̄ illi. id ē de eo cū deſcretio facta fuerit in iudicio & apparuerit iſtorū
iuſticia. Illorū uero dāpnata fuerit impietaſ. Expecta dnm̄ & cuſtodi uiā ei'. Cū hec inquit ita ſint. hoc
ē. cū & iuſtorū certa ſint pmia. & iniquorū ſupplicia. tu expecta dnm̄. id ē patient̄ iuſticie & n̄ fatigeriſ.
ſ; non ſufficit tantū expectare: Sequit̄ enī & cuſtodi uiā ei'. id ē ſerua & imple mandata illiuſ. Et exaltabo
te. ut hereditate capieſ terrā. id ē a terrenis affectib' te ſuſpendit ut capieſ terrā hereditate: hoc ē ut illam
beatitudinē poſſideaſ. que omib' ſcīſ iure hereditatiſ pmittit̄. ad quā non poteriſ puenire n̄ exaltat' fue
riſ. hoc ē n̄ ab amore infimarū rerū fueriſ ſeparatuſ. Cum perierint peccatoreſ uidebiſ. dū inquit. in iudicio
repbi dāpnati fuerint. tc̄ ea que nunc habeſ in ſpe. uidebiſ in re: Nunc enī uidebimuſ p ſpeculū in enigmate
tc̄ aut̄ facie ad faciē. Vidi impiū ſup exaltatū. id ē ultra modū in ſupbiā eleuatū quoſ ſupbienſ deſpicit.
Et eleuatū ſic̄ cedruſ libani. libanuſ monſ ē fenicis habenſ cedroſ nimie proceritatiſ quib' comparat ſup
boſ ob nimiā elationē. Ponunt̄ etiā cedri in bono q' imputribileſ arboreſ ſt̄. ut ē illud. iuſt' ut palma
florebit. ut cedruſ libani multiplicabit̄. Et tranſiui & ecce n̄ erat. Vidi inquit impium. n̄ tantū oculiſ cor
poriſ quā intuitu mentiſ. Et tranſiui contēplando a pſentib' ad futura. Et ecce iā n̄ erat. Contēplati enī quā
cito felicitaſ temporaliſ tranſit. & quia omē qđ in tēpore ē ad n̄ eē tendit. iā quaſi n̄ eſt illud qđ uidetur.
Queſiui eū. & n̄ ē inuent' locuſ ei'. Locuſ impii eſt ordo in humaniſ reb'. glā uidelicet temporaliſ dignitaſ
diuitie. honor cetera q' quib' quaſi loci parib' circūſept' includit̄. N̄ ḡ inuenit̄ locuſ ei'. q' tranſierit omia
in quib' ſuā ſpē poſuerat. Cuſtodi innocentiā & uide equitatē. Cū inquit tu uideaſ malorū pſperitatē tran
ſire: Cuſtodi innocentiā ne extorqueat̄ tibi ſubripiente diabolo. Vide equitatē. id ē iuſtū iudiciū dei ſemp
habeto in memoria. qm̄ ſt̄ reliquie homini pacifico. id ē mortuuſ iuſt' n̄ morit̄. q' in memoria eterna
erit iuſt'. id ē pacificoſ aut̄ dicit amatoreſ pacis. q' int̄ litiganteſ pacē faciunt. q̄ etiā cū hiſ q̄ pacē oderī

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 312, p. 79 – Remigius of Auxerre, Expositio in psalmos (http://www.e-codices.ch/en/csg/0312/79)